ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 7r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



tumidus dixit. Nonne hec ē babylon qu magna quā ego edificaui in domū regni & in robore fortitudinis mee & in gloria decoris mei. Que uidelicet uox illius ire uindictā aperte ꝑtulit. quā occulta elatio accendit. Nam districtus iudex prius inuisibilit uidit. qđ post publice feriendo rep̄hendit. Unde & in irrationale hunc animal uertit. ab humana societate separauit. agri bestus mutata mente coniunxit. ut districto uidelicet iustoq; iudicio homo quoq; esse ꝑderet. qui magnū se ultra homines estimasset. Hec itaq; ꝓferentes n̄ potestatē rep̄hendimus. sed ab appetitu illius cordis infirmitatē munimus. Ne inꝑfecti quiq; culmen arripere regiminis audeant. & qui in planis stantes titubant. in p̄cipitio pedem ponant. ·VI·

Nam sunt non nulli qui eximia uirtutū dona ꝑcipiunt. & ꝑ exercitatione ceteroq; magnis muneribus exaltant. Qui studio castitatis mundi. abstinentie robore ualidi. doctrine dapibus refecti. pacientie longanimitate humiles. auctoritatis fortitudine erecti. pietatis gratia benigni. iusticie seueritate districti sunt. Qui nimirū culmen regiminum si uocati suscipere rennuunt. ipsa sibi plerumq; dona adimunt. que n̄ pro se tantū modo s; & iā ꝑ aliis acceperunt. Cumq; sua & n̄ aliorū lucra cogitant. ipsis